

et imitatrix natura vitiorum; quamobrem quisquis virorum vel mulierum habitum semel induerint vel induerunt spontaneae religiosum aut si vir additus ecclesiae vel femina fuerit aut fuit delegata puellarum monasterio, in utroque sexu praevaricator ad propositum invitatus reverti cogatur, ut vir detondeatur et puella in monasterio redigatur. Si autem quolibet patrocínio desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia ita a Christianorum coetu habeantur extorres, ut nec locus eis ullus sit communis. Viduae quoque, sicut universalis iam dudum statuit synodus, professionem vel^o habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur. Item in Toletano concilio sub Recensvindo principe capitulo V: Omnes⁷⁵ femine, quae iam in praeteritum religionis veste probantur indutę, nihil excusationis valeat in^p obpositionem^p quaelibet abiectio, quamvis diversis ac callidis adumbrare se velint fallatię argumentis, sed ad sacratissimam sanctionem disciplina sanctionis teneat religatas atque subnixas. Commoneantur sane sacerdotis auctoritate, ut sponte redeant, quae, si redire noluerint, impulsu sacerdotis ad religionis cultum reducantur et in monasteriis^a redactę excommunicationis condignę sententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quae quamlibet a sacerdote sanctimoniae vestem non acceperint, ipse tamen aut indutę sunt aut in illo diu habitu manserunt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, si coram ecclesia vel sacerdote aut^t etiam competentibus testibus quandoque indutę certis indiciis aut testimoniis adprobantur. Omnes tamen hae seu venientes ad primam religionem seu post transgressum^s resumentes iteratam conversionem, sicut praemisum est, et pallio capita contegant et conscriptam roboratamque professionis faciant scripturam, per quam ulterius non sinantur relabi ad praevaricationis audaciam. Quae vero ex omnibus his fuerint repertę animum aut vestem ad transgressionem dedisse, excommunicationis sententia feriantur. Et rursum mutato habitu in monasteriis donec diem ultionum^t claudant, sub aerumnis arduae paenitentię maneant religatę. Item in canonibus Turonensis ecclesiae capitulo XXI ad locum^u: Excludantur⁷⁶ excusatio-

o) v- verb. A. p) in obp- auf Rasur A. q) verb. aus monasterios A₁. r) -t über-
geschrieben A₁. s) transgressurum A₁. t) -ion- auf Rasur A; ultimum A₁. u) am
Rand Dignum Notandum-Zeichen A.

jedoch sowohl von den Drucken als auch vom Berol. Hamilton 132 ab (vgl. oben Anm. 36).

⁷⁵) Toledo X (a. 656) c. 5 (Vives, wie Anm. 21, S. 312), u.a. überliefert in der Collectio Hispana (Migne PL 84 Sp. 443 B/D) und Sancti Amandi; Lesarten teilweise übereinstimmend mit dem Berol. Hamilton 132 (vgl. Anm. 36).

⁷⁶) Tours (a. 567) c. 21 (20) (CC 148 A S. 187,328–188,356), u.a. überliefert in der Collectio Sancti Amandi (vgl. oben Anm. 36); der Kanon wird auch angeführt in der eherechtlichen Zitatreihe des Paris. Lat. 12445 (oben S. 28 Nr. 10). Der Wortlaut weicht jedoch von beiden Überlieferungen ab.